
Antichristi. *Nolumus hunc regnare in nos.* Luc. 19. 14.

Christus. Quinetiam meos illos inimicos qui noluerunt me regnare supra se, adducite huc & iugulate coram me. Luc. 19.27.

THeses quædam publicè nuper in Schola Cantabrigiensi à Theologiæ Professore propositæ, Et à D. ibi Doctoribus pessimè vnacum Autore acceptæ, iamq; in Tabulam digestæ ac explicatæ, adiectis etiam certis Scripturarum, quibus confirmantur testimonijs.

1. *ARCHIEPISCOPORUM & Archidiaconorũ nomina simul cum muneribus & officijs suis sunt aboléda.*
2. *Legitimorũ in Ecclesia ministrorum nomina, qualia sunt Episcoporum & Diaconorum, separata à suis muneribus in verbo Dei descriptis similiter sunt improbanda, & ad institutionẽ Apostolicã reuocanda, vt Episcopus in verbo & precibus, Diaconus in pauperibus curandis versetur.* 3. *Episcoporum, Cancellarijs, & Archidiaconorum Officialibus Regimen Ecclesiæ non est committendum, sed ad idoneum Ministrum & Presbyterium eiusdem Ecclesiæ deferendum.* 4 *Ministerium non debet esse vagum & liberum, sed quisq; debet certo cuidam gregi addici.* 5. *Nemo debet Ministerium tanquam candidatus petere.* 6. *Episcopi tantum autoritate & potestate Ministri non sunt creandi, multò minus in Musæo aut loco quopiam clanculario, sed ab Ecclesia Electio fieri debet.*

Tota questio est de recta domus Dei, quæ est Ecclesia, institutione ac gubernatione.



In ritè formando Ecclesiastico, videlicet,

- Ministerio quod iam à sua origine deflexisse asseritur quo reuocan dum est. videl.
  - Tollẽdo vitia quę irrepserunt istãque eius reformationẽ hodie impediunt, qualia sunt viz.
    - 2 Deprauatio legitimorum ministeriorum dum retinentur nomina quæ in Scripturis habẽtur, separata à suis muneribus quæ ibi descripta sunt, viz. in
      - Ministerio verbi & Sacramentorum vt Episcopus aut Pastor, vnde remoueãtur
        - a Papistici Sacerdotes : b Ministri lectores ad docendum inepti : c Omnes denique qui (quoquo modo) veros se Pastores non præstant.
        - d Secularium Negotiorum tractatio,
        - e Elatio, ac tituli superbi.
        - f Otium : luxus : pompa. &c.
      - Curandis pauperibus, vt Diaconus, vbi tollendus Diaconatus fictus & papisticus, id est,
        - g Inane nomen ab Officij sui executione disiunctum.
        - h Presbytero in sacris peragendis assistẽdi facultas, legendi item in Ecclesia Euangelium, Homilias, tricæque reliquæ, quæ perperam ab hominibus in locum veræ Diaconiæ suffectæ sunt.
    - i Nouum 4 Ministerium humanitus institutum, vagum scilicet & incertum.
    - Initiandi ratio insolens & Ecclesię Dei minimè cõueniens, videl. dum
      - k Ambitu, 5 gratia. &c ad Ministerium peruenitur.
      - l Episcopi 6 solius arbitratu ac autoritate res geritur, idque in loco aliquando clanculario veluti sacello domestico aut Musæo, quod tam sacro negotio non satis conuenit : & si quid eius generis est sordium.
  - Reuocando quæ in sacris literis requirũtur ad legitimum ministeriũ vbi summatim hæc tenenda est regula, videl. vt
    - 2 Institutio Apostolica. Vocatio legittima. Electio 6 iusta. Functio muneris assidua. — In m Scripturis tradita valeant.
- Regimine quod ex papatu desumptum adulterium adhuc minimèque iam ferendum superesse dicitur, In religionis ergo reformatione, viz. est
  - Tollenda pseudo-ecclesiastica illa iurisdictio & papistica, ad hunc scilicet modum:
    - Deformis illa ac pudenda HIERARCHIA quæ Antichristi primum consilio instituta, Romano postea Pontifici ad complendum iniquitatis mysterium, & perdendam Christi Ecclesiam, turpiter inseruiuit, ac hodiè etiamnum inseruit, ita abolenda est vt nullæ eius reliquiæ, ac ne vestigia quidem supersint, Si modo Christum super nos regnare volumus.
    - Atque hic videndum de multiplici SYNODORUM hodiè, forique Ecclesiastici abusu, ac prophana illa Iurisdictione DOMINANTIUM DOMINORUM, ——— Quæ œconomiæ Dei contraria, vireque Canonico innixa & pontificio, cumque hypocrisi, Ambitione, Dominatu, tyrannide, coniuncta, vel his nominibus de Ecclesia exterminanda sunt, nisi fortè CHRISTUM cum Antichristo componere placeat.
      - n Archiepiscoporum. Episcoporum. Archidiaconorum. Cancellariorum. Officialium. &c.
  - Reuocãda prima illa antiquissima verèque germana politia Dei, ad hunc scilicet modum:
    - Certa ac simplex GUBERNATIONIS Ecclesiasticę ratio cõstituenda est qualis habetur in Scripturis expressè descripta, vt primo loco, in singulis ecclesijs Presbyterium constans ex legitimis ac veris — o 1. Pastoribus. Presbyteris. Diaconis. — Quorum communi consilio ad sacrarum Scripturarum amussim, & reliqua ecclesia gubernari in Domino, & ecclesiastica negotia vniuersa expediri debent. Salua semper quam concessit Dominus, Ecclesiæ libertate.
    - DEINDE pro rebus grauioribus quæ incidere possunt frequentia colloquia, crebræque Synodi, Consilia denique (quantum datur) generalia ad multarum Ecclesiarum necessitatem simul ac vtilitatem, instauranda sunt, sed ita, vt (pro cœlesti tantarum rerum natura) religiosissimè gerantur omnia, & legitimè ex verbi Dei præscripto. Cuius examen & iudicium, omnis omnium & singulorum potestas Ecclesiastica subire debet, cũ intra eiusdem verbi fines, tanquam Cancellis quibusdam, concludatur vndique & terminetur. Quin autem Pastor quispiam legitimè delectus sacris conuentibus moderetur & præsit, tam abest, vt negemus, vt ad vitandas turbas & ordinem conseruandum omnino necessarium esse iudicemus, modo nihil ipse solus statuat, & fratrum cœtui, vt reliquorum singuli, subsit. Breuiter, his (quas diximus) cautionibus piè inuiolatèque seruatis.

a. Heb. 5, 4. & 7, 24. &c. Act. 20. 29. Ezech. 44. 10, 12, 13. Iere. 23. &c.
b. 1. Tim 3, 2. Mal. 2, 7. Esa. 56, 10 Mat 15, 14 Zac. 11, 15. &c.
c. Math. 5, 13, 15. Rom. 16, 18. Ezech. 13. & 34. &c.
d. 2. Tim. 2, 3, 4. Luc 9, 60, 62 & 12, 14. 1. Ti. 6, 11. & 4. 7, 13
e. Ioh 13. 15, 16 Mat. 23. 8. &c. Ioh. 5. 44. 2. Cor 10. 17, 18.
f. Mat 9. 38. 1. Cor. 3 9. 1. Tim. 3. 1, 2, 3. & 4. 15, 16, Mat. 22. 8. & 21. 4, 7. & 8. 19, 20. Ioh. 18 36. Act. 20. 31. &c.
g. Luc 19. 13 &c. & 12. 47, 48. Mat 25. 30. Rom 12. 7, 8. 1. Cor. 9. 17. & 12. 28. &c.
h. 1. Corin. 7. 17. 20. & 12. 5, 11. Rom. 12. 6, 7, 8. 1. Tim. 3. 10, 13. 1. Cor. 4. 2. Act. 6. 2, 3. 1. Cor 3. 20. &c.
i. Ephe. 4. 11. Acto. 20. 28. 1. Pet. 5. 2. Act. 14. 23. Tit. 1. 5.
k. Rom 10. 15. Iohan. 10. 1. 2. Cor. 10. 7, 18. 2. Pet. 2. 15. 1. Reg. 13. 33. Act. 8. 18. &c.
l. Leuit 8. 2, 3. &c. Act. 14. 23. Num 20. 27, 28. Act. 13. 2, 3. & 1. 26. & 6. 23, &c. 1. Tim. 5. 22.
m. 1. Tim. 3. 2. &c. Tit. 1 5, 6. &c Act. 6. 3, 4. &c. Ephe. 4 11. Act 14. 23. Rom. 12. 6, 7, 8 1. Cor. 9. 16, 17. 1. Pet. 5. 2, 3. 2. Tim. 4. 2, 5. Heb. 13. 17. 2. Cor. 5. 20 Act. 20. 28. 31. &c.
n. Luc. 22. 25, 26. 1. Pet. 5. 3, 4. 3. Ioh. 9. 10. Mat. 20. 25, 26. & 23. 8, 11, 12. Gal. 2. 5. Heb. 5 4. Luc. 16. 15. Ezec. 34. 4. 2. Cor. 1. 24. & 4. 5. & 5. 16. & 11. 20, 21. &c.
o. Mat. 18. 17, 18. 1 Tim. 4. 14. & 5. 17. Act. 11. 30. & 14. 23. Phil. 1. 1. Rom. 12. 7, 8. 1. Cor. 12. 28. 1. Thess. 5. 12, 13. Act. 15. 2, 4, 6. &c.

NE verò falsæ religionis vmbra & imagine decipiamur, duo sunt hic vitia, vtrinq; extrema sedulò cauenda : ab vna parte, cacaella Papistarum deuotio ἐθελοθρησκείαν, D. Paulus vocat, quæ cum humilitate & corporis ἀφειδίᾳ coniuncta, speciem quidem sapientiæ habere potest, re autem vera superstitionem secum & hypocrisin perpetuò trahit, perq; iam omnes religionis partes grassata est fœdissimè: Ab altera parte cauenda humana prudentia, quæ sub politiæ & libertatis titulo Atheismum inducit, quæstuiq; pietatem habet, quæ pestis multorũ hodiè ac magnorum per orbem Christianum mentes, miserandum in modum occupat : Vtraq; autem totius Christianæ religionis fundamenta radicitùs conuellunt, tutissimum verò contra vtrunque malum præsidium, & quasi Antidotus in sacris literis habetur, quibus adhærendum est per omnia, quo Iesus Christus totus cum doctrina & disciplina, sicuti ibi proponitur simul & semel à nobis in salutem solidè recipiatur. Denique si aliquid in sacrosancto hoc negotio proficere volumus, nobismetipsis renuntiandum est imprimis, totosq; addictos & consecratos esse oportet Domino, vt iuxta Apostoli sententiam probemus quæ sit voluntas Dei bona illa, accepta & perfecta. Quod nobis largiatur Pater ille luminum, à quo descendit omne donum bonum & datum perfectum.


IN his autem omnibus Principis pij præsertim autoritas, cùm conceditur, intercedat oportet, cuius sacrosanctam Maiestatem integram & illæsam conseruandam esse censemus. Ad hanc verò rem totam plene conficiendam referenda huc sunt Ministrorum doctrina & adhortationes. Consiliariorum prudentia & fides Magistratuum reliquorumq; regni ordinum studia & labor simul ac opera : singulorum denique vota ac preces, vt dum omnes & singuli suum officium piè & strenuè faciunt in sua quilibet vocatione, nihil intereà seditiosè fiat aut ἀτάκτως. Ex hoc vno capite pendet Ecclesiæ & Reipublicæ vel salus & incolumitas, vel pernicies & ruina. Precum autem ideo nominatim mentionem facio, quoniam & earum vis est maxima, fructusq; vberrimus, & vsus hodiè rarissimus, cum fidei opus sit præstantissimum, veluti in quo vnica ferè spes nostra posita est. Nam, præter infinita alia Dei dona, Principem habemus DEI beneficio & piam, & inter omnes hodie Reges, tanquam illustrè quodpiam Sydus refulgens, quamque nisi peccata nostra impedirent in hac ipsa causa haberemus propitiam : Consiliarios & alios Magistratus, graues ac prudentes viros multos vera pietate imbutos : Theologiæ quoque professores doctos, & (quod mirandum est) inter se conspirantes magis ac consentientes in Religionis capitibus quam putatur : omnium tãdem ordinum cordatos multos habemus, ipsamq; adeò plebem flexibilem (maximam partem) & docilem : vna hæc exercitatio refrixit, cum, si aliàs vnquàm, hodie profectò maximè sit necessaria : Nam Satanæ ipsius, partim astu & vafricie : partim impostorum nescio quorum πλεονεξίᾳ & rapacitate ac sacrilegio eò iampridem res nostræ deuenerunt, vt penè actum esse videatur de Christi ministerio, totaq; simul Religione vera, nisi manum de cœlo porrigat summus ille rerum omnium Moderator & parens.

HÆ sunt queremoniæ nostræ præcipuæ, de quibus (ah) nimis iam diu & infœliciter pugnatum est inter fratres. Pileus enim quadratus, aut similes nugæ quas improbamus meritò, non tam grauiter nos vulnerant, quam seria ista, & magna, ex quibus reliqua deriuantur & fluunt omnia. Sicuti autem nos, nostraq; omnia verbi Dei censuræ subijcimus: ità quam iustam hîc quærendi causam habeamus, contestamur omnes, qui vllo veræ pietatis sensu tanguntur, quibus & de tota hac causa ex scripturis statuendi potestatem facimus. DEUS pacis conterat breui Satanam sub pedibus nostris, offendicula tollat, & concedat, vt vnanimes simus in Christo. AMEN.

THeses quædam publicè nuper in Schola Cantabrigiensi à Theologiæ Professore propositæ, Et à D. ibi Doctoribus pessimè vnacum Autore acceptæ, iamq; in Tabulam digestæ ac explicatæ, adiectis etiam certis Scripturarum, quibus confirmantur testimonijs.

1. ARCHIEPISCOPORUM & Archidiaconorũ nomina simul cum muneribus & officijs suis sunt abolẽda. 2. Legitimorũ in Ecclesia ministrorum nomina, qualia sunt Episcoporum & Diaconorum, separata à suis muneribus in verbo Dei descriptis similiter sunt improbanda, & ad institutionē Apostolicā reuocanda, vt Episcopus in verbo & precibus, Diaconus in pauperibus curandis versetur. 3. Episcoporum, Cancellarijs, & Archidiaconorum Officialibus Regimen Ecclesiæ non est committendum, sed ad idoneum Ministrum & Presbyterium eiusdem Ecclesiæ deferendum. 4. Ministerium non debet esse vagum & liberum, sed quisq; debet certo cuidam gregi addici. 5. Nemo debet Ministerium tanquam candidatus petere. 6. Episcopi tantum autoritate & potestate Ministri non sunt creandi, multò minus in Musæo aut loco quopiam clanculario, sed ab Ecclesia Electio fieri debet.

Tota questio est de recta domus Dei, quæ est Ecclesia, institutione ac gubernatione.



In ritè formando Ecclesiastico, videlicet,

- Ministerio quod iam à sua origine deflexisse asseritur quo reuocandum est. *videl.*
  - Tollĕdo vitia quę irrepserunt instãque eius reformationē hodie impediunt, qualia sunt *viz.*
    - [2] Deprauatio legitimorum ministeriorum dum retinentur nomina quæ in Scripturis habētur, separata à suis muneribus quæ ibi descripta sunt, *viz. in*
      - Ministerio verbi & Sacramentorum vt Episcopus aut Pastor, vnde remouẽatur
        - [a] Papistici Sacerdotes: [b] Ministri lectores ad docendum inepti:
        - [c] Omnes denique qui (quoquo modo) veros se Pastores non præstant.
        - [d] Secularium Negotiorum tractatio.
        - [e] Elatio, ac tituli superbi.
        - [f] Otium: luxus: pompa, &c.
      - Curandis pauperibus, vt Diaconus, vbi tollendus Diaconatus fictus & papisticus, *idest,*
        - [g] Inane nomen ab Officij sui executione disiunctum.
        - [h] Presbytero in sacris peragendis assistẽdi facultas, legendi item in Ecclesia Euangelium, Homilias, tricæque reliquæ, quæ perperam ab hominibus in locum veræ Diaconiæ suffectæ sunt.
    - [i] Nouum [4] Ministerium humanitus institutum, vagum scilicet & incertum.
    - Initiandi ratio insolens & Ecclesię Dei minimè cōueniens, *videl. dum*
      - [k] Ambitu, [5] gratia. &c. ad Ministerium peruenitur.
      - [l] Episcopi [6] solius arbitratu ac autoritate res geritur, idque in loco aliquando clanculario veluti sacello domestico aut Musæo, quod tam sacro negotio non satis conuenit: & si quid eius generis est sordium.
  - Reuocando quæ in sacris literis requirūtur ad legitimum ministeriū vbi summatim hæc tenenda est regula, *videl. vt*
    - [1] Institutio Apostolica. Vocatio legittima. Electio [6] iusta. Functio muneris assidua.
      - In [m] Scripturis tradita valeant.
- Regimine quod ex papatu desumptum adulterium adhuc minimèque iam ferendum superesse dicitur, In religionis ergo reformatione, *viz. est*
  - Tollenda pseudo-ecclesiastica illa iurisdictio & papistica, ad hunc scilicet modum:
    - Deformis illa ac pudenda HIERARCHIA quæ Antichristi primum consilio instituta, Romano postea Pontifici ad complendum iniquitatis mysterium, & perdendam Christi Ecclesiam, turpiter inseruiuit, ac hodiè etiamnum inseruit, ita abolenda est vt nullæ eius reliquiæ, ac ne vestigia quidem supersint, Si modo Christum super nos regnare volumus.
    - Atque hîc videndum de multiplici SYNODORUM hodiè, forique Ecclesiastici abusu, ac prophana illa Iurisdictione DOMINANTIUM DOMINORUM, —————— Quæ œconomiæ Dei contraria, vireque Canonico innixa & pontificio, cumque hypocrisi, Ambitione, Dominatu, tyrannide, coniuncta, vel his nominibus de Ecclesia exterminanda sunt, nisi fortè CHRISTUM cum Antichristo componere placeat.
      - [n] Archiepiscoporum. Episcoporum. Archidiaconorum. Cancellariorum. Officialium. &c.
  - Reuocāda prima illa antiquissima verèque germana politia Dei, ad hunc scilicet modum:
    - Certa ac simplex GUBERNATIONIS Ecclesiasticę ratio cōstituenda est qualis habetur in Scripturis expressè descripta, vt primo loco, in singulis ecclesijs Presbyterium constans ex legitimis ac veris Quorum communi consilio ad sacrarum Scripturarum amussim, & reliqua ecclesia gubernari in Domino, & ecclesiastica negotia vniuersa expediri debent. Salua semper quam concessit Dominus, Ecclesiæ libertate.
      - [o] 3. Pastoribus. Presbyteris. Diaconis.
    - DEINDE pro rebus grauioribus quæ incidere possunt frequentia colloquia, crebræque Synodi, Consilia denique (quantum datur) generalia ad multarum Ecclesiarum necessitatem simul ac vtilitatem, instauranda sunt, sed ita, vt (pro cœlesti tantarum rerum natura) religiosissimè gerantur omnia, & legitimè ex verbi Dei præscripto. Cuius examen & iudicium, omnis omnium & singulorum potestas Ecclesiastica subire debet, cùm intra eiusdem verbi fines, tanquam Cancellis quibusdam, concludatur vndique & terminetur. Quin autem Pastor quispiam legitimè delectus sacris conuentibus moderetur & præsit, tam abest, vt negemus, vt ad vitandas turbas & ordinem conseruandum omnino necessarium esse iudicemus, modo nihil ipse solus statuat, & fratrum cœtui, vt reliquorum singuli, subsit. Breuiter, his (quas diximus) cautionibus piè inuiolatèque seruatis.

a. Heb. 5, 4. & 7, 24. &c. Act. 20 29. Ezech. 44, 10, 12, 13. Iere. 23. &c.
b. 1. Tim 3, 2. Mal. 2, 7. Esa. 56, 10 Mat 15, 14 Zac. 11, 15. &c.
c. Math 5, 13, 15. Rom. 16, 18. Ezech. 13. & 34. &c.
d. 2. Tim. 2, 3, 4. Luc 9, 60, 62 & 12, 14. 1. Ti. 6, 11. & 4. 7, 13
e. Ioh 13. 15, 16 Mat 23. 8 &c. Ioh. 5. 44. 2. Cor 10. 17, 18.
f. Mat 9. 38. 1. Cor. 3. 9. 1. Tim. 3. 1, 2, 3 & 4. 15, 16, Mar. 11. 8. & 21. 4, 5. & 8. 19, 20. Ioh. 18 36. Act. 20. 31. &c.
g. Luc 19 13 &c. & 12. 47, 48. Mat 25. 30. Rom 12. 7, 8. 1. Cor. 9. 17. & 12. 28. &c.
h. 1. Corin. 7. 17, 20. & 12. 5, 11. Rom 12. 6, 7, 8. 1. Tim 3. 10, 13. 1. Cor. 4. 2. Act. 6. 2, 3. 1. Cor 3. 20. &c.
i Ephe. 4. 11. Acto. 20. 28. 1. Pet 5. 2. Act. 14. 23. Tit. 1. 5.
k Rom 10. 15. Iohan. 10. 1. 2. Cor. 10. 7, 18. 2. Pet. 2. 15. 1. Reg. 13. 33. Act. 8. 18. &c.
l. Leuit 8. 2, 3. &c. Act. 14. 23. Num 20. 27, 28. Act. 13. 2, 3. & 1. 26. & 6. 23, &c. 1. Tim. 5. 22.
m. 1. Tim. 3. 2. &c. Tit. 1 5, 6. &c Act. 6. 3, 4. &c. Ephe. 4 11. Act 14. 23. Rom. 12. 6, 7, 8. 1. Cor. 9. 16, 17. 1. Pet. 5. 2, 3. 2. Tim. 4. 2, 5. Heb. 13. 17. 2. Cor. 5. 20 Act. 20. 28. 31. &c.
n. Luc. 22. 25, 26. 1. Pet. 5. 3. 4. 3. Ioh. 9. 10. Mat. 20. 25, 26. & 23. 8, 11, 12. Gal. 2. 6. Heb. 5 4. Luc. 16. 15. Ezec. 34. 4. 2. Cor. 1. 24. & 4. 5. & 5. 16. & 11. 20, 21. &c.
o. Mat. 18. 17, 18. 1 Tim. 4. 14. & 5. 17. Act. 11. 30. & 14. 23. Phil. 1. 1. Rom. 12. 7, 8. 1. Cor. 12. 28. 1. Thess. 5. 12, 13. Act. 15. 2, 4, 6. &c.

NE verò falsa religionis vmbra & imagine decipiamur, duo sunt hic vitia, vtrinq; extrema sedulò cauenda: ab vna parte, cæca illa Papistarum deuotio ἐθελοθρησκείαν, D. Paulus vocat, quæ cum humilitate & corporis ἀφειδίᾳ coniuncta, speciem quidem sapientiæ habere potest, re autem vera superstitionem secum & hypocrisin perpetuò trahit, perq; iam omnes religionis partes grassata est fœdissimè: Ab altera parte cauenda humana prudentia, quæ sub politiæ & libertatis titulo Atheismum inducit, quæstuiq; pietatem habet, quæ pestis multorũ hodiè ac magnorum per orbem Christianum mentes, miserandum in modum occupat: Vtraq; autem totius Christianæ religionis fundamenta radicitùs conuellunt, tutissimum verò contra vtranque malum præsidium, & quasi Antidotus in sacris literis habetur, quibus adhærendum est per omnia, quo Iesus Christus totus cum doctrina & disciplina, sicuti ibi proponitur simul & semel à nobis in salutem solidè recipiatur. Denique si aliquid in sacrosancto hoc negotio proficere volumus, nobismetipsis renuntiandum est imprimis, totosq; addictos & consecratos esse oportet Domino, vt iuxta Apostoli sententiam probemus quæ sit voluntas Dei bona illa, accepta & perfecta. Quod nobis largiatur Pater ille luminum, à quo descendit omne donum bonum & datum perfectum.

IN his autem omnibus Principis pij præsertim autoritas, cùm conceditur, intercedat oportet, cuius sacrosanctam Maiestatem integram & illæsam conseruandam esse censemus. Ad hanc verò rem totam plenè conficiendam referendæ huc sunt Ministrorum doctrina & adhortationes. Consiliariorum prudentia & fides Magistratuum reliquorumq; regni ordinum studia & labor simul ac opera: singulorum denique vota ac preces, vt dum omnes & singuli suum officium piè & strenuè faciunt in sua quilibet vocatione, nihil intereà seditiosè fiat aut ἀτάκτως. Ex hoc vno capite pendet Ecclesiæ & Reipublicæ vel salus & incolumitas, vel pernicies & ruina. Precum autem ideo nominatim mentionem facio, quoniam & earum vis est maxima, fructusq; vberrimus, & vsus hodie rarissimus, cum fidei opus sit præstantissimum, veluti in quo vnica ferè spes nostra posita est. Nam, præter infinita alia Dei dona, Principem habemus DEI beneficio & piam, & inter omnes hodie Reges, tanquam illustrè quodpiam Sydus refulgens, quamque nisi peccata nostra impedirent in hac ipsa causa haberemus propitiam: Consiliarios & alios Magistratus, graues ac prudentes viros multos vera pietate imbutos: Theologiæ quoque professores doctos, & (quod mirandum est) inter se conspirantes magis ac consentientes in Religionis capitibus quam putatur: omnium tādem ordinum cordatos multos habemus, ipsamq; adeò plebem flexibilem (maximam partem) & docilem: vna hæc exercitatio refrixit, cum, si aliàs vnquàm, hodie profectò maximè sit necessaria: Nam Satanæ ipsius, partim astu & vafricie: partim impostorum nescio quorum πλεονεξίᾳ & rapacitate ac sacrilegio eò iampridem res nostræ deuenerunt, vt penè actum esse videatur de Christi ministerio, totaq; simul Religione vera, nisi manum de cœlo porrigat summus ille rerum omnium Moderator & parens.

HÆ sunt queremoniæ nostræ præcipuæ, de quibus (ah) nimis iam diu & infœliciter pugnatum est inter fratres. Pileus enim quadratus, aut similes nugæ quas improbamus meritò, non tam grauiter nos vulnerant, quam seria ista, & magna, ex quibus reliqua deriuantur & fluunt omnia. Sicuti autem nos, nostraq; omnia verbi Dei censuræ subijcimus: ita quam iustam hic querendi causam habeamus, contestamur omnes, qui vllo veræ pietatis sensu tanguntur, quibus & de tota hac causa ex scripturis statuendi potestatem facimus. DEUS pacis conterat breui Satanam sub pedibus nostris, offendicula tollat, & concedat, vt vnanimes simus in Christo. AMEN.

Christus. *Quinetiam meos illos inimicos qui noluerunt me regnare supra se, adducite huc & iugulate coram me.* Luc. 19. 27.